



27.
I. N. D. N. J. C. 25
EXERCITIUM JURIDICUM
DE
INGRATITUDINE
ET ACTIONE INGRATI.

Quod
Annuente SS. Trinitate,
Consensu MAGNIFICÆ ac NOBILISSIMÆ FACULTA-
TIS JURIDICÆ in hac alma ELECTORALI ad Viadrum

Academia sub
PRÆSIDIO

VIRI SPECTABILIS, NOBILISSIMI, AMPLISSIMI,
CONSULTISSIMI atq; EXCELLENTISSIMI,

DN. JOACHIMI DECHERI
JCTI: COD. JUSTIN. & PLACIT. FEUD. P. P. OR-
DINAR. p. t. MAGNIF. FAC. JURID. DECANI, &
CIVITATIS CONSULIS

PRIMARIJ,

*Patroni atq; Promotoris sui omni observantia cultu profe-
quendi Publico Eruditorum disquisitioni
exponit*

DAVID Heilschwing!

Sed. Pom. Auth. & Resp.

Die 12. Jan.

Francofurti ad Viadrum
Typis JOHANNIS ERNESTI, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. LXV.

Quintil. Manojij de Inyrahitudine tradato edito
Venet. 4. 1572 & 1585.

INOR A T I U D I N E

IN A C T I O N I N G R A T I

IN I O A C T I U M D E C H E R I

IN I O A C T I U M D E C H E R I

IN I O A C T I U M D E C H E R I

IN I O A C T I U M D E C H E R I

IN I O A C T I U M D E C H E R I

IN I O A C T I U M D E C H E R I

IN I O A C T I U M D E C H E R I

IN I O A C T I U M D E C H E R I

IN I O A C T I U M D E C H E R I

IN I O A C T I U M D E C H E R I

IN I O A C T I U M D E C H E R I

IN I O A C T I U M D E C H E R I

IN I O A C T I U M D E C H E R I





I. N. D. N. J. C.

Commune in Philosophia ista parte
 que vulgo practica audit, est diciturum,
 quod omnis actio suscipiatur propter
 certum finem, finis enim est intentio a-
 gentis omnes regit actiones; actiones au-
 tem vel imitanda vel fugienda sunt, imitanda autem que ho-
 nesta, que pulchra, que utilia, uno verbo, que virtutum ap-
 pellatione veniunt: Et diverso autem cane et angue pejus
 fugienda que ab honesto, pulchro et utili declinant imo
 juxta aurea Imp. in l. 15. ff. d. condit. Instit. verba nec fa-
 cere nos posse credendum est; inter illa autem que vitiorum
 nomen sortiuntur, non infimi subsellii imò nulli secundum
 est detestabile illud, cumq; omni jure pugnans ingratitude-
 nis vitium, ut enim gratitudo est vinculum quod hominum
 animos combinat et ex duobus unum reddit; sic contra hac a-
 moris et mutua benevolentie vincula rumpit, imo in totum
 tollit, ut itaq; illa pre ceteris efferenda sic hac Vatiniانو [ut
 ajunt] odio in aeternum prosequenda, quod ut eo melius fieri
 possit, opere pretium me facturum existimo si illam pro in-
 genti et facultatum modulo rudi penicillo adumbrem;
 sit ergo

CAP.



CAP. I.

*Quid sit &, quo jure prohibeatur
Ingratitudo.*

1.

ETymologiam vocis *Ingratitudinis*, quod at-
tinet de ea non multum laborabimus, constat e-
nim quod vox *IN* simpliciter & absolutè posita modo pro
erga, adversus, contra, ad, usq; ad, pro inter &c. sumatur,
prout videri potest in Indice *Cornel. Nepot. d. Vit. Excell. edito à
Clar. Bæcl. & aucto à Clariss. Joh. Andr. Bosio & Joh. Vorst.* & quan-
do aliis mixtum varias appellationes recipit: modo enim signi-
ficat intra, intro; ut ingredior, induco: modo pro contra: ut
inclamo insulto: modo pro valde; ut insonuit increpuit:
modo pro supra; ut immineo impendio: (modo denique ne-
gativam habet significationem & tantum valet quantum NON
uci hoc in loco *Ingratitudo*, quasi non *gratitudo* *Calvin. Lexi.
Jurid. in voc. In.*

2.

Definitur autem *Ingrat.* quod sit oblivio accepti beneficii,
vel ut explicatius tradit vir plur. *Rev. & Clariss. Dn. Micral. in
Lex. Philos. in Voc. Ingratitud.* qua beneficium nobis præstitum
vel dissimulamus, vel ejus magnitudinem non agnoscimus, vel ob-
liviscimur: Malum namque est pro accepto beneficio nihil re-
pendere, pejus coactè, pessimum autem malam referre gratiam.
Hanc enim maximam injustitiam & quâ nihil odiosius esse po-
test, dicit optime *Cornel. Valer. in descript. Ethic. c. 23. in fin.*
Quippe insignitè injustum est; non referre gratiam, aut impa-
rem referre, aut pro beneficiis maleficiâ rependere, quod in om-
ni vita frequentissimum. Duabus igitur constat partibus.
// *Primò Mendacio*, dum collata beneficia dissimulantur exte-
nuantur, silentio premuntur. *Secundò injustitiâ*, dum aut
// *planè non*, aut mala refertur gratia. *Heider. in Philos. moral.
part. 2. p. 875.*

3. *Quem-*

3.
Quemadmodum autem pessima hæc vitiorum est Ingratitudo sic omni jure damnata. *Divinum*, averfatur hoc vitium. Inter alia ea bene multa, sacrarum pandec. loca sufficiat illud Salomonis: qui reddit mala pro bonis non recedet malum de domo ejus, id quod suo exemplo etiam expertus est David. 2. *Sam. c. 11. & c. 12.* Absolon. 2. *Sam. c. 15. & c. 18.* malefactores Regii Prophetæ in *Psalms. 109.* invitati ad Nupt. & multi alii quorum testimonia brevitatis studio silentii supparò involvò.

4.
Jus naturale infensum, infestumque est huic vitio, & suggestit Aufonio, ut diceret: ingrato homine terra nil pejus creat. Dicitat sana ratio, ingratitude esse rem turpissimam & Matrem omnium vitiorum, juxta *Cicer. ad Attic. lib. 8.* Ediverso, ecquid naturali rationi convenientius? quid æquius, justius, quam beneficia beneficiis rependere? ut taceam; illis à quibus vitam & cuncta in hac miserarum valle habemus aterno amore, perenni obsequio & innumeris beneficiis gratum nostrum animum non pro meritis, saltem pro posse contestari. Nec hoc tantum rationalibus proprium, sed etiam cum rationis usu destitutis commune quæ nobis subinde gratitudinem cum Ciconia inculcant, ingratitude vero cum viperâ damnant.

5.
Idem jam quod à naturâ naturante animæ rationali, inditum, natura naturata vario usu edocta ad praxin deduxit, quando non tantum colluviam malorum una ingratitude voce exprimit, ut cui nihil non mali inest cum *Cicer. ad Attic.* sed ut indignationem suam gentes eò clarius exprimerent ne quidem tales ingratos hominis nomine dignati sunt, sed modo cum Platonē talem ingratum cuculum mulum dicunt, *Alian. Lib. 1. d. var. hist.* cum Demosthene belluam appellant, *Plutarch. in Vit. Demosth.* cum Plutarcho hæderæ comparant, vel si mollius quid de illis statuunt, effectæ tamen senectæ cum Diogen. Cyn. & Arist. comparant. *Lærr. l. 5. c. 1.*

6. Hæc

Hæc omnia intuens & secum expendens Invidiis. Imper, Justinianus utpote cujus propositum in compilando Jure Civili fuit, non tantum à natura ingenita & à gentibus hæcenus observata suo imperio subjectis imperare, sed etiam sicubi potuit in meliorem statum deducere, ut ipse inquit in §. 3. *Inst. d. liberr. & aliis innumeris locis*, itaque ut suum erga hanc odium omnibus dispalesceret, variis pœnis eam profecutus est modo revocatione collati beneficii *l. fin. C. d. revoc. donat.* modo rescissione actus gesti, ut in libertate *tt. C. d. liberr. & eor. lib. emancipatione, l. uni. C. d. ingratt. lib.* modo privatione istius quod alias jus naturæ concessit *tt. d. exheredat. liber. N. 115.* modo alia pœnâ pecuniariâ *l. 24. ff. d. in jus vocand.* modo alia graviore ut sanguinis & in totum vitæ, pro atrocitate hujus delicti, de quibus omnibus in seqq. latius. His omnibus concordant consuetudines feudales. 2. F. 24. §. 2. versiculo prædictis.

Jure Canon. maximoperè culpatur *c. 3. X. d. serv. non er. din. Cap. fin. X. d. donat. cap. octava. c. 12. q. 2. ceteri 13. extr. de juda. & Sarracen.* in eoq; statuitur, ut ingratus à Domino & Evergeta suo privetur beneficio *c. de forma. in fin. 22. q. 3. c. ult. extr. de postul.*

CAP. II.

Causa Efficiens quis cum primis committat ingratitude.

I.

PRout quisque maximè obstrictus est gratitudine, ita quoque pejus peccat in hanc committendo, Filius itaque cum vitam naturalem post summum Numen à parentibus trahat & quasi ex illis quippiam est ut ait *Arist. 8. Eth. 14.* denique bona omnia & temporalem beatitudinem ab illis secundum votum suorum parentum & naturæ simul habeat, ut ait *Imp. in l. 7. §. 1. ff. und. lib.* tandem ut ne quid deesset filio quod ipsum ad debitum alias satis officium invitare posset, non dubitavit *Imp. in l. II.*

l. 11 ff. d. lib. & possib. vivo etiam patre filium paterna hereditatis quasi dominum declarare vel etiam ut se ipsum in d. l. explicat, non hereditatem sed magis liberam administrationem horum bonorum mortuo patre concedere. Quare si filius pro tam immensis beneficiis patri debitam reverentiam, filiale obsequium denegaret, injuritus esset in ipsum Deum & cum ipsa natura pugnaret. Nec hoc tantum in filio rerum gerendarum gnaro, sed etiam in milite præcipit Imper. in l. 1. pr. ff. d. obs. par. & patrio. prest. in tantum ut in d. l. 1. §. 3. contravenientem huic dispositioni militia indignum censeat. Fulgent quidem milites [etiam nostri temporis. Magn. Dn. Brunneti. Præcept. meus etatem colendus ad l. 1. C. d. jur. & fact. ign.] insignibus privilegiis præ cæteris quoad ignorantiam juris l. 1. C. d. jur. & fact. ign. quæ non tantum militi concessa, variis in casibus quos compilavit Sfortias Oddus d. Restit. in integ. qu. 10. n. 44. & seqq. sed præsumitur etiam in illo, Mascard. d. Probation. conclus. 640. n. 15. item quoad declinatoriam fori l. 18. §. 1. 2. C. de re militari lib. 12. tam in civilibus quam criminalibus, l. 1. C. d. Exhibend. & transmitt. reis. l. 3. C. d. offic. magistr. milit. nisi fuerit gravius delictum l. 3. pr. ff. d. re milit. vel commune l. fin. ff. d. accusat. conf. Magnif. Dn. Brunn. ad tit. C. d. re milit. Peretz. ad d. t. C. n. 53. & quæ sunt similia de quibus, vide Magn. Brun. in repet. Wesenb. ad t. ff. d. re milit. qu. 5. Non tamen in tantum operantur, ut contra jus naturale (cui maxime innititur) valeant. Gotbos. ad l. 1. ff. d. obs. par. & patrio. prestandis. lit. P. Proinde in hoc unice incumbat filius secundum monitum Imp. in l. 9. ff. d. t. ut ipsa semper sancta & honesta sit persona patris.

2.

Pater excedendo modum patriæ potest. ingratitudeis notam etiam incurrere potest, habet quidem insignes effectus pater à jure ipsi concessos, quos tamen ad effrenem licentiam patriæ potest. extendere nequit, cum ob summum amorem quo ferri videntur patres erga liberos, quoniam amor descendit non ascendit, quilibet magis amat opus à se factum, quam amatur ab opere à se factis, ut argumentatur Philos. 9. Eth. cap. 7. tum etiam quoniam in pietate non in atrocitate patriæ potestas consistit.

listere debet *l. 5. ff. ad L. Pomp. d. parricid.* Olim quidem ha-
buit in liberos suos potestatem vitæ & necis *l. II. ff. d. lib. & Postb.*
l. fin. C. d. patr. potest. cujus vestigium adhuc hodie reperitur in
l. 20. & seq. ff. ad L. jul. d. adult. sed tamen sensim limatioribus
seculis hoc in delictum venit. Ubi tamen non omnis pa-
triæ potestatis effectus expiravit, nam ad hucodie salva parenti-
bus est modica castigatio. *L. 3. C. d. patr. potest.* filii immorigeri
ex præscripto patris puniendi, judici oblatio, non quidem ad
pœnam atrociorē, sed tantum ad emendationem *d. l. 3. l. uni.*
C. d. emend. prop. Magn. Brun. ad d. l. 3. privata incarceration sine
pœna *l. un. C. d. privat. Carcer.* ex necessitate famis & egestatis
non vero aliâ etiâ majori causâ *Magnif. Dn. Brunn. ad l. fin. C.*
d. patr. qui filios distrax. venditio, permutatio, vel alia ratione a-
lienatio filii sanguinolenti, id est, recens nati, salva tamen sem-
per relinquitur *l. ult. C. d. t.* an autem hoc etiâ matri liceat con-
trovertunt inter se *Dd. Schneid. ad Tit. Inst. d. patr. potest. n. 29.*
cum communi *Dd. Schola* hoc neg. fundans se in *patr. potest.* quæ
matri denegata: Sed quando ipsâ *l. fin.* exactius considera-
mus esset quo nobis affirmatiua arrideret, tum propter verba
initialia *d. l. si quis,* quæ etiâ ad fœminas pertinere ex *l. i. ff. d. V.*
S. in propatulo est, tum etiâ quod Imp. se fundat non in patria
potest: sed in necessitate summa, quæ utrique & patri & ma-
tri communis esse potest, maxime etiâ quoniam ajens senten-
tia æquitati & commiserationi innititur vid. acutisf. *Hahn. ad*
Wesemb. ad tit. ff. d. his qui sunt sui vel ali. jur. num. 2. verba distra-
here. Alii insuper sunt effectus patriæ potest: quos collegit
Schneid. dict. loc. n. 24. & infra etiâ occurrent.

Alia ratione frater apud fratrem ex hac Causa male audit,
non quidem ob identitatem vinculi, quod est inter patrem &
filium, quoniam frater à fratre non est, neque alter alterum
genuit, sed ob propinquitatem originis quoniam secundum
Philosophum 8, *Eth. 14.* ex iisdem sunt nati, communis est in-
ter ipsos ortus, unus sanguis, una radix, quæ omnia ipsos quasi
eosdem faciunt, & ob id dulcissimos invicem vocant. *l. cum*
pater S. dulcissimû ff. d. legat. 2. l. Thais S. sorore ff. de fideicom. Li-
berta.

berta. vel etiam charissimos *d. l. Thais. §. Lucius.* id quod etiam illustrant exempla ubi frater viro & liberis antepositus vid. *Herod. in Thalia. Tiraquell. ad l. 8. C. de revoc. donat. in verb. libertis n. 92.* unde etiam frater fratri in periculo non solet deesse, secundum illud ex *Plat. Lib. 2. d. Rep.* adagium frater viro adesto, cujus meminit *Tiraq. d. pæn. temperand. aut remitt. Causa 22. n. 9.* quod ipsos eo deducere debet, ut malint ipsis quam extraneis bene facere, quamvis tamen tantæ non sit potestas: illud vinculum ut possit præcise cogi frater ad beneficiendum fratri, qui autem bona recepit, pudore honestatis non debet mala pro bonis rependere, ut enim nemo sibi ipsi injurius, sic nec fratri qui ex eo dictus est quasi ferè alter, injurias esse debet.

4.

Liberti cum Patronis suis etiam vitam debeant civilem, libertatem, sc. quæ non solum maximum beneficium secundum *Cic. 3. in Verr. ast.* sed & inestimabile donum *l. 106. d. R. I.* cum ante in servili statu haberentur pro nullis *l. 32. ff. d. R. I.* ad maxima obsequia & reverentiam obstricti sunt, non tantum patrono, sed etiam ipsius uxori *l. 8. C. d. obseq. patr. præst. l. fin. ff. eod. liberis,* etiam emancipatis & hereditate paterna abstinentibus *l. 9. prin. ff. d. jur. patro.* imo & privignis, *l. 7. C. d. r.* quod etiam ad patroni parentes extendit. *C. A. ad Tit. de obseq. parent. & patro. præst. §. 3.* & ad heredes extraneos *Andr. Tiraquel. ad l. 8. C. d. revocand. donat. in verbo libertis n. 31.* Quod si igitur debita reverentiæ obsequii, & officii sui demeruerint, v. gr. si cervicem erexerint contra Patronum jactantiâ vel contumaciâ quadam pro ingratissimis habentur, *l. si manumissus. 2. C. de libertis, & eor. liberis.* Atque hæc omnia non tantum Romanis propria sed etiam Atheniensibus in Ufu fuisse ex *Valer. Max. demonstr. Tiraqu. d. l.* Ethæ non tantum in vivis patronis observantur sed etiam in defunctis durât, prout hoc bis inculcat Imp. non tantum ut de enixa ipsius voluntate constaret, sed etiam liberti eo melius hoc sibi ob oculos ponerent & memoriæ mandarent *in l. 4. §. 16. ff. d. dolo malo & mer. except.* imo etiam si alicujus criminis capitalis condemnati *l. 5. C. de obseq. par. & patro. præst.* vel etiam pactione, id est, nummis datis manumiserit, pro ut explicat *Mag. Dn. Brunn. ad d. r. C.*

B

§. Ob

5.
Ob Affinitatem quam inter se alunt dominus feudi, & Patronus, item Vasall. & liberto. de Vasallo jam etiam videndum, præcipue ob frequentissimam argumentationem à patrono ad dominum feudi, & à Liberto ad Vasall. *Everb. in Top. Loc. à liberto ad Vasall.* Vasallus enim cum feudum ex domini beneficio recognoscat; non tantum ipsi obstrictus est ex contractu feudali ad fidem præstandam *per ex. 2. F. C. 3. in fin. & cap. 6. & 7.* sed etiam ad reverentiam ipsi exhibendam, & quidem humiliter, devote, quam benigne, pro ut hoc explicat *ex. 2. F. 23. (v.) quomodo.* Denique ad promovenda commoda & avertenda damna quæ imminere possent vitæ, corpori & bonis Domini sui, *2. F. 5. 6. 7. Nob. Dn. Struv. Ex. Feud. cap. 11. App. 4. n. 8.* qui debitam hanc fidelitatem, reverentiam, in se collatum beneficium *2. F. 1. 5. 1.* vel ut alibi legitur in *ex. 2. F. 23. (v.) imprimis,* benevolam hanc actionem iusuper habet eamque spernit ingratitude notam incurrat necesse est, cujuscunque etiam sit dignitatis qualitatis, etiamsi adhuc tantum habeat expectativam &c. *vid. Rosenth. d. Feud. c. 10. conclus. 1.*

6.

Magna est etiam ingratitude qua donatarius donantem afficit, quam non tantum ipsa natura & boni mores horrent, verum Imp. noster gloriosiss. ad contestandum suum dissentium specialem de ea legem tulit. *quæ est l. fin. C. d. revoc. donat.* Nequit quidem donans in semel-rite perfecta donatione regulariter pœnitere, *l. 3. C. d. revoc. donat.* vel prætextu præjudicii tertii revocare *l. 4. C. eod.* vel etiam rescripto principis rescissionem petere *l. 5. d. C. e. Pac. in Anal. Cod. ad tit. d. revoc. dona. n. 4.* ubi plures limitat. interim tamen quando mundanam ipsi gratiam refert hanc potest. largiti sunt Imp. addita *in d. l.* ratione ne cuiquam licentia sit res alienas recipere & frugalitatem donatoris irridere, cui durum ab ingrato malis affici. *Peretz. in C. d. e. n. 4.* Ut autem ingratitude effectum sortiatur, requiritur, ut ingratus scientiam atque sensum habeat. Satis enim crudele Nobis esse videtur, dicit Imperator Justinian. *in l. si quis. 33. in fin. C. de in officios. Testam.* eum, qui non sentit, ingratum

tum estimari. Itaque ingratiudo intelligitur cum effectu. l.
cum apertis simè. 10. G. de secund. nuptiis.

CAPUT III.

Quomodo & in quibus causis committatur Ingratitudo.

I.

Filius sacra parentum violans ingratiudinis nota signatur,
variis autem ex causis potest fieri ingratus, quo majus enim
obsequium honorem & reverentiam patri debet eo proclivius
in eum peccat & delinquit. Causæ autem Ingratiudinis olim
erant incertæ & arbitrio Centumvirorum subjectæ, qui merita
filii expendebant, utrum aliqua notatione digna necne, unde
etiam in l. 7. ff. d. bon. damn. Florentina editio eamque secutus
Gothofred; rectius legit meritis de causis, quam vulgata quæ
certis de causis habet, non enim certæ olim causæ ingratiudi-
nis fuere ante N. 115. & juvatur etiam *Leslio Florent. alia exx. ut l.*
22. ff. d. inoff. testa. C. l. 3. S. 5. in fin. ff. d. bon. poss. contra tab. l. 19.
C. d. inoff. testa. in quibus idem nomen meritum reperire licet,
quam sententiam *Cujac. ad N. 18. p. m. 105. & post eum Marti.*
Steph. ad Nov. 115. n. 15. tanquam veriozem secuti sunt. Ju-
stinianus autem uti semper, sic & hic tollendæ imposterum o-
mnis dubitationis gratia, causas hujus ingratiudinis certas &
definitas esse voluit, easque numero 14. quæ à Glossa memoria gra-
tia versiculis includi solent.

Bis septem ex causis, exheres filius esto:

Si patrem feriat, vel maledicat ei

Carcere detrusum si negligit ac furiosum:

Criminis accuset, aut pareat insidias

Si dederit graviora sibi damna nec hoste redemit:

Testari prohibet, aut dat arena locum.

Si pravos sequitur, vel amat genitoris amicam.

Non orthodoxus, filia quando cois.

B 2

Præter

Præter quos & alios versiculos recenset *Battandi Tractus de legit. c. 13. n. 4.* quo me brevitatis gratia remitto. Possunt autem hæ causæ ad duas classes referri, aut enim læditur pater quoad reverentiam aut in propria persona vel bonis: Reverentia ejus læditur non exhibendo debitum honorem & obsequium, ut quando à filio non tantum in potestate existente in iis casibus in quibus lis inter patrem & filium esse protest, quos recenset, *Glos. in l. 3. C. d. in jus vocand. & in l. 4. ff. d. judic. & quosdam Dn. Brunn. in l. 4. C. d. pat. potest.* sed etiam ab emancipato l. 3. C. d. in jus voc. sine venia in jus vocatur quod etiam ad filium naturalem & ex sacro fonte susceptum ex *DD: extendit Magn. Dn. Brunn. ad l. 3. C. d. in jus vocand.* Intelliguntur autem hic parentes utriusque sexus in infinitum l. 4. §. 1. 2. l. 16. §. 10. ff. d. in jus vocand. etiam naturales tantum l. 4. §. ult. l. 5. 6. hic & legitimi tantum, ut adoptivi stante adoptione l. 7. §. pr. d. l. 8. pr. (v) quamdiu ff. d. t. Col. Arg. ad tit. d. in jus voc. §. 8. & hoc etiam hodie sublata quamvis speciali veniæ impetratione obtinere ex principiis à reverentiâ, honore, & justitia universali deductis tradit subtilis *Dn. Habn. ad Wesenb. ff. d. in jus vocand. num. 12. 2.* Si se maleficis, id est, veneficis incantatoribus & qui sub nomine damnatorum mathematicorum veniunt de quibus vid. et. C. d. Malef. & Mathem. & ib. Peretz n. 1. & 5. junde d. N. c. 3. §. 4. dummodo tamen ut maleficus, si enim in illos in itinere incidere, vel in eodem diversorio cum illis reperiantur, ipsi hoc modo non nocet. *Col. Argent. Tit. ff. de lib. & Posth. §. 26. 3.* Si ad infantiam patris pro ejus persona vel debito non satis dederit d. N. §. 8. ubi tamen ob Sc. Vellej. ab hac filiam Imp. eximit, hoc tamen in filio exaudiendum quando potuit sua satisfactione patrem liberare vid. l. 17. C. d. dign. Magn. Dn. Brunnem. in Process. Civi. c. 8. n. 6. 4. Si arenas & mimos sequitur & in hac professione duraverit, d. N. §. 10. nisi pater etiam esset ejusd. profess. tunc enim ipsi filio hoc non nocere patet ex L. 11. C. d. inoff. Test. & ibi Magn. Dn. Brunnem. §. 5. Si prohibet testari patrem d. N. §. 9. quod quibus modis fiat vid. *Col. Argent. ad Tit. ff. si quis aliquem test. prohibet. §. 3.* quo tamen non comprehenditur qui persuasionibus ad testandum indu-

inductus, nisi immoderate, assidue & importuna fuerint *Col. Argenti, d. tit. §. 7. Magn. Brun. ad l. fin. C. si quis aliq. test. prohib. 6.* Si brutali coitu se miscet, cum noverca, concubina patris *d. N. §. 6.* vel alias ab eo cognita, quem nefarium & incestum coitum vocat *Magn. Brun. ad. Auth. non licet C. d. liber. prater. caus. 12. §. 7.* Si filia minorennis in corpus suum etiam semel peccat, vel sine consensu patris in minorennitate nuptias contrahit, vel majorennis etiam infami aut moribus indigno nubit, *d. N. §. 11. Brunn. in Coll. Novell. ad Marb. Steph. b. N. n. 18. ad causam 11.* & in hoc differt filius à filia: hic enim neq; olim neque hodie injusu patris uxorem ducens ob id ingratus audit, nisi turpem & ignominiosam duceret, *l. 3. §. 5. ff. d. bon. posses. contr. tab. Cujac. ad N. 18. p. m. 105.* 8. Si filius 18. annor. (alias minorem 18. annis vel ut ait *Cujac. ad N. 18. p. m. 108.* non ex ephebis, hoc non ferit) patrem ab hostibus cum potest non redimit, quod non tantum in testamento valere vult, sed etiam ut constaret de Indignitate Imper, *in hac N. §. 11. ad Causam intestati* produxit, filiosque, illatis bonis Ecclesie ex qua ortus est pater, omni successione indignos renunciavit. 9. Si fuerit hereticus, non Theologicè talis, ut qui discedit à fide, de quo vid. *Micra. Lex. Philos. voc. hereticus*, sed juridice, & qualis ille sit *in h. N. §. 14.* satis expeditum est, sed hodie in nostro Imper. hæc de re olim inter DD. controversia fuit, an natus ex parentibus Pontificiis, Augustanam Confessionem amplectens possit ob id exheredari, quemadmodum ex illo quem hac de re Justus Meierus Scius edidit contra Scioppium tractatu patet, item an sub appellatione Augustanæ Confessionis etiam Reformati veniant? ut constat ex *Cran. d. Pac. relig. part. 1. problm. 13. Cubach. apud Arumetum Discurs. 35. Vol. 4. Wendel. in Theol. Chrif. in prelegom. c. 3. §. 2. Rummel. ad Aure. Bull. part. 2. Diss. 1. coroll. 6. Linne. lib. 1. jur. pub. c. 13. v. 32.* & noviss. ex *Spreng. in jurispr. publ. pag. mib. 194.* sed tamen prior questio permissio utriusque religionis exercitio *per pac. Prag. 1552. & pac. Relig. de Anno 1555. est sublata. Posterior vero per Instrum. pac. Osnabr. §. 7. in pr. vid. Spreng. d. loc.*

In persona sua vel bonis fortunæ læditur pater 1. nefandas ipsi manus inferendo etiamsi statuto permillum esset bannito impune vim inferre, filio tamen exinde statim hoc permillum esse in patre minime sibi persuadeat, sit enim pater hostis publicus millies etiam banno illigatur, penitus etiam jus alias patri competens tollatur, manet tamen nihilominus pater, durat sanguinis vinculum, stat inconcussum jus naturæ & præter effectus quos pater ex jur. Civ. concessos habet, nihil tollitur *Argum. §. 3. Inst. d. legit. agn. tut. §. 7. Instit. d. capit. deminut. & ibi Pomeresch in annotat. confer. Tiraquell. de pen. temperan. aut remitt. cap. 20. n. 6. & seqq. Gail d. pace publ. Lib. 2. c. 10. n. 23. quod & ad omisam defensionem producit Eneuck Baro d. privil. parent. privil. 2. c. 2. n. 12.* 2. Injuriis patrem onerando *b. N. §. 2. non tantum realibus sed etiam verbalibus atrocibus tamen gravibus & inhonestis, etiamsi filius fuerit protestatus, hæc namque ut factio contraria non relevat c. 54. x. d. appell. Schneid. Comm. Inst. d. injur. ad §. 1. n. 8. quamvis tamen cum Menoch. arbitrium judicis non excludendum censeat Magn. Dn. Brunn. ad Auth. non licet. C. d. Lib. prater.* 3. Criminaliter accusando non tantum in crimine capitali sed etiam non capitali, quia vox Criminis non semper ultimum supplicium denotat *per l. 1. §. 1. ff. d. suspect. tutor: nec etiam omnes Causæ criminales statim capitales, teste §. 2. Inst. d. publ. judic. quamvis idem ex CG. Carol. V. dici non possit, ibi enim sunt Causæ criminales quæ vitam adimunt. Vid. Matth. Steph. in præfat. ad Const. Criminal. Carol. V. Hahn, ad Wesenb. Tit. ff. d. pen. n. 2. & hoc etiam ad testimonium & patrocinium contra parentem depositum & præstitum extendunt vid. Magn. Dn. Brunn. d. loc.* 4. Veneno vel alio modo vitæ parentum insidiando *b. N. §. 5. & hoc intelligi d. delict. nondum consumato in propatulo est.* 5. Grave damnum per delationem, inferendo, cujus tamen gravitas à judice æstimari potest, *Eneuck Baro. d. l. n. 14.* 6. Furiosum patrem negligendo *D. N. §. 12. ubi Imp. non tantum filium private tali hereditate, sed & extraneo qui prius filium de sua voluntate certiore fecit, desert.* Et hoc etiam ad patrem ægrosum *argum.*

gum. l. 3. ff. d. hū qui at indign. & ex libris Basilicis producit Cujac. d. l. p. m. 108. & post eum Coll. Argent. d. loc.

3.

Pater cum reverentiam, honorem & obsequium filio non debeat, tam facile ingratitude stigmatē non notatur quod quis enim majus debet alteri obsequium, majorem honorem & reverentiam ejusque potestati subiectus est, eo proclivius in eum peccat ut argumentatur *Surbolt. in Disert. 9. ad Inst. §. 58.* Jam autem ea omnia in patre cessare in propatulo est, insuper posset ex *Aristotel. 8. Erb. c. 1.* alia addi ratio, cur in parentibus pauciores ab Imp. in. N. 22. c. 47. & N. 115. c. 4. sint expressæ causæ quam in filio, quoniam parentes impensius amant suos liberos, quam ab illis amantur, quilibet enim opus etiam inanimatum à se confectum plus diligit, quam ab illo si anima præditum esset, amaretur. Si tamen aliquis reperiretur pejor bruto pater qui naturam invertere satagaret filiumque (quo etiam filiam positis terminis habilibus comprehendimus *argum. l. si quis ff. d. e. V. S.*) rationis usu destitutum, insuper haberet, captivi curam alendo vel etiam si posset squalore carceris liberando, non ageret, perfracte in damnata sua hæresi peristeret filium in ultimo suo elogio super bonis testabilibus non tantum impediret sed & prohiberet, nefando ausu sacra thori gnati sui violaret vel ipsum filium detestandum in modum ad peccata pertraheret, l. 12. C. d. *Episc. audien. l. ult. C. d. spect.* vel etiam proprii thori sociam vel contra propinando vel venenum præparando de medio tollere non dubitaret, vel à quo cogitando etiam abhorreere deberemus, vitæ filii vel ipse quantum in se fuit insidias frueret, vel per alios etiam accusando causam daret nisi salus Reipub. aliud requireret, ut in *Crim. Lex. Majest. Coll. Argent. d. lib. & Possib. §. 30.* (quæ causæ omnes versicul. comprehensæ recensentur à *Claud. d. Battand. tractat. d. Legitim. c. 15. n. 9.* quo me brevitate studio remitto;) homine dignus non esset, qui negare auderet talem patrem ingratitude notam non incurrisse.

4.

Quamvis autem germano charissimus & dilectissimus secundum §. 3. c. 2. sit, potest tamen etiam ipsi esse inimicissimus.



cissimus & acerbissimus, non enim omnes ita sunt animati ut fratrem marito & liberis præponant sæpe enim (utinam hodie non ferè quotidie) illud *Ovid. Lib. 1. Metamorph.* vero quam verissimum.

Fratrum quoq; gratia rara est.

& maxime nostro corrupto seculo illud Polliionis in Claudio quasi ex tripode profectum videtur, quando opinatur vice miraculi esse fratres invicem amare, hisce verbis: amavit & fratres jam potest esse dignum miraculo, & hinc etiam concludit *Andr. Tiragv. Tit. de pen. temp. aut mitigand. c. 22. n. 3. 4. 5.* ex antiquis Philosophis, Theologis & JCrīs veram amicitiam propinquitati esse præponendam. Proinde quando frater fata fratris accelerare studuit, aut criminalem contra eum inducere inscriptionem, aut substantiæ ejus properavit inferre jacturam tanquam ingratum circa fratrem effectum concludit ipse *Imp. in N. 22. c. 47.*

3.

De liberto stat firmo talo semel probata ab *Imp. conclusio in l. 9. ff. d. obs. parenti et patron. præst.* quod sc. liberto semper honesta & sancta persona patroni videri debeat, & læditur non tantum ejus persona sed ab *Imp.* ingratus renunciatur in *l. 19. ff. d. jure patron.* quando ipsi denegat obsequium, vel res ejus, filiorumve tutelam administrare decrestat *d. l. 19.* quando eum sine permissu Prætoris etiamsi capite fuerit minutus *l. 9. §. 2. ff. d. in jus voc. in jus vocat* quod etiam in patronà *d. l. 4. §. 1. l. 8. §. 1. liberis quamvis adoptatis l. 9. §. 8 & parentib; patroni patronæq; l. 9. §. 5. etiam adoptivis durante adoptione locum habet d. l. 9. §. 7. si actionem contra patronum intentat, quæ ipsius famam sugillaret, quamvis etiam famosa non esset, dummodo fraudis mentio fieret *l. 2. l. 5. §. 1. l. 6. 7. pr. ff. d. obseq. par. & patron. præst. l. 1. C. eod. l. 11. d. dolomal. Coll. Argent. ad Tir. d. obs. parent. & patr. præst. §. 4. si ipsum criminaliter accusat l. 8. in fin. ff. d. accusat. si de calumnia patroni vel patronæ queratur l. 7. §. 4. d. obseq. par. & patro præst. si patrono ejusque liberis egentibus, cum potest, alimenta arbitrio judicis determinata, denegat *l. 5. §. 18. 19. pen. & ult. l. 6. §. 1. ff. d. agnos. & ascend. lib. Zæsi. ad Tir. ff. d.***

f. d. obseq. parent. & patron. prest. & Coll. Arg. d. loc. Et hæc omnia etiam in libertorum liberis quamvis ipsi ingenui sint locum habent, æque enim ac parentes illorum patronis suis reverentiam debent. *Magn. Dn. Brun, ad l. ult. C. d. libert. & eorum lib.*

6.

Ingratus etiam audit Vasallus non tantum si ea non præster de quibus in investitura dictum, vel quæ forma fidelitatis per se continet 2. *Feud. c. 6.* veletiam quæ juram: fidelitatis tacite insunt. Sed & in specie in reverentiam domini committit movendo ipsi actionem aut accusationem vel exceptionem famosam 2. *Feud. 33. versio. similiter* vel criminalem 2. *F. 24. §. item si delator*, nisi fuerit perduellionis crimen. *Struv. Exc. Feud. c. 11. Aph. 2. n. 1.* si eum sine venia in jus vocet. *arg. l. 13. ff. d. in jus voc.* an autem specialis veniæ impetratio necessaria? *Neg. Rosenb. d. Feud. c. 10. conclus. 23. ubi n. 19.* hæc ita in Camera Imp. quotidie observari suo exemplo testatur interim tamen n. 20. Vasallum instruit, quod verbis honestis, temperatis salva debita reverentiâ uti debeat, *Struv. d. l. n. 3.* & hoc maxime etiam proccedit hodiernis moribus, ubi omnis citatio sit autoritate Magistr. *Ordinat. Camer. part. 1. Tit. 32. Mynsing. 4. Cent. Observ. 92. Habn. ad Wesenb. d. in jus voc. n. 6. (vers) Dominum Feudi.* Item si contra dominum in criminali, aut civili modica testimonium ferat 2. *F. 33. (vers.) similiter* nam in Civili non modica seu magna testimonium dicere impune potest, prout explicat *Excell. Dn. Schnobel Synd. Patrie meæ meritisimus Exerc. Feud. §. 3.* quamvis alias ista verba variis interpretationibus sint exposita prout post *Rosent. d. Feud. c. 10. conclus. 21. n. 25. recenset Nobilis & Excell. Dn. Struv. Exc. Feud. c. 11. Aph. 3. n. 3.* ex his & aliis causis ut taceam etiam gravioribus ut si culpam aliquam (barbare feloniam) committit immediate vel mediate in dominum: isto modo dominum adoriendo, accusando, secreto revelando injuriando & hoc casu si cucurbitaveris dominum de quibus videri possunt *xxx. 2. F. 24. §. item si delator. 2. Feud. 6. item Schnobel. d. loc. Struv. d. loc. & c. 15. Aph. 9. & lastissime Rosen-*

senhal. per rot. Cap. 10. quibus ex caus. Feud. amit. Vassallus ingratus erga dominum merito audit.

7.

Donationes cum fluant ex amicitia & benevolentia, illa autem ipso sanguinis vinculo teste *Tullio Lib. 1. off. firmior*, cum ex propinquitate benevolentia tolli possit, manente nihilominus propinquitate, ex amicitia autem ea salva non, tolle enim benevolentiam ex amicitia, & eam ipsam sustulisti. Quare ingrati censuram vix effugiet qui conditionibus donationi additis non satisfecerit male agit qui acceptis beneficiis donantem denegatis alimentis, egere sinit, pejus qui iacturam bonis ejus vel magnæ parti bonorum inferre tentat pessime injurias atroces, in donatorem absentem quamvis effuderit, vel etiam sine justa causa realiter ignominiose tractaverit. Si autem vitæ donatoris sive per se sive per alium citra justam causam periculum creet, quo indignationis nomine detestanda ista ingratitude exprimi debeat, non inveno, *conf. l. fin. C. d. revoc. donat. & ibi Magn. Dn. Brunn. c. fin. X. d. donat. Pac. Anal. Cod. d. rev. donat. n. 4. conf. Coll. Argent. b. t. §. 21,*

CAP. IV.

*Qua detur actio & qua sit ejus ingratitude
pœna.*

1.

Tantum operatur detestanda ingratitude ut non tantum private ingratum possit beneficiis jure Civili, sed etiam naturali competentibus. Quis enim mortalium ignorat illam bonorum partem quæ vulgo quidem sed omni jure convenienti nomine, ut demonstrat *Battand. tract. d. legit. c. 2. num. 3. legitima ex eo, quod à lege nobis innata & congenita, dicta, & alias debitum naturale autb. hoc amplius C. d. fideic. debitum bonorum subsidium l. 5. C. d. inoff. donat. portio substantiæ, autb. novissima C. d. inoffic. testam. Batt. tract. d. legit. c. 2. n. 1. 2. portio successione ab intestato debita, portio, pars sua, pars legitima, quarta bonorum, quartâ naturæ, Germanic. das gebüheliche natürliche*

türliche Antheil oder Pflichttheil der Kinder. "appellatur" *Coll. Argent. ad Tit. d. inoffic. Test. §. 49.* minui vel à summa potestate determinari quidem funditus autem & radicitus tolli neutrquam posse, ut ne statuto regulariter nec consuetudine, nisi ratione naturali fulciatur, tali sc. quæ ad alimenta è medio tollenda sufficeret, prout limitat *Barr. d. Tract. c. 13. n. 53. & 57.* Unicam autem Ingratitudinem hæc omnia posse, ut non tantum multa plectatur sed & in totum bonis ejiciatur & alimentis privetur. Injungit quidem Natura illud si filius ergo heres: sed & hoc, addita gravi pœna præcipit. Honora patrem: posterior itaque utfortior vincit priorem ut minus fortiorem ut ait subtiliter pro more *Surbolt. Dissur. 9. Thes. 42.* Hinc veterum abdicaciones *d. quibus Surbolt. d. Dissur. thes. 43.* quæ tamen postea LL. Romanis improbatæ. *6. C. d. patr. potest. & Romanorum exheredationes: quæ quomodo invicem differant, tradit Gothof. ad l. 6. C. d. patri. potest. & Coll. Argent. ad Tit. d. lib. & Postb. §. 29.*

2.

Filius itaque secundum distinctionem in §. 1. Cap. præcedent: traditam in patrem peccans diversimode punitur aut enim lædit parentis reverentiam, sine venia eum in jusvocando, & vel punitur si tantum in ære habet mediante actione pœnali non vero ipsius heredes *l. 24. ff. d. in jus voc. Schneid. ad §. 1. Inst. d. perpet. & temporal. actio, intra annum d. l. 24. pœna 50. aureorum l. 12. 24. & ult. ff. d. r. §. ult. in fin. Inst. d. pen. rem. litig. vel si non habet in bonis, à Præfect. urbi, quasi inofficiosus castigatur *l. ult. ff. d. r.* quæ quidem lex liberti tantum mentionem facit sed tamen ex identitate rationis etiam in filio obtinere ex *l. 1. §. 3. ff. d. penis* confirmatur. Unde Doctores solent vulgatum illud: qui non habet in ære luat in corpore deducere, quod ex variis textibus, etiam deducit *Gothofred. in notat. ad d. l. 1. §. 3. lit. r.* Aut aliam ex illis quæ in *l. unic. C. d. ingrat. lib. & N. 15. c. 3.* recensitæ, committit, & tunc si est emancipatus vel actione ingrati vel officio judicis, vel per accusationem ingratitude juste revocari potest in pristinam potestatem. *Perez ad d. r. C.* Si autem non est emancipatus etiam à legitima potest in testamento excludi dummodo facta exhereditatio secundum,*

dam *jus noviss.* debitis, adhibitis requisit. sc. (1) nominatim;
 (2) pure non sub conditione (3) à tota hereditate (4) cum elo-
 gio i. e. expressione, factaq; non à filio ut olim *l. 13. C. d. inoffi-*
test. sed ab herede *d. N. 115. c. 3. in fin. Magn. Brun. ad Auth. non*
licet C. d. lib. præter. probatione, causæ ex istis quæ in *N. 115. c.*
3. recensitæ (5) in restam, non in Codicil. &c. quæ requisita om-
 nia latius examinat post *Sneid. ad Tit. Inst. d. Exhered. lib. ad*
pr. n. 9. Coll. Argent. ad Tit. ff. d. lib. præter. §. 26. An autem sub
 recensitis in *d. N. c. 3.* causis etiam similes vel majores com-
 prehendantur *vid. Coll. Arg. d. 1. §. 27. Sutholt. Diss. 9. thes. 60.*
 In hac quæstione ut taceam 1. quod pro affirm. pugnent multi
 insigni nominis Jcti. 2. quod ex *e. odia d. reg. jur. in 6. odia*
 sint restringenda 3. quod præstet legibus quantum fieri potest
 omnia definire quam judicis arbitrio multum permittere *Arist.*
lib. 1. Resbor. c. 1. adhuc tamen negativa arridet, tum ex intenti-
 one tum etiam ex expressa mente & voluntate Imp.; illa fuit
 eertas & definitas causas præscribere in *d. N. 115. c. 3.* ut sc. ab
 incertitudine harum causarum quæ fuit ante hanc *N.* libera-
 ret si autem aliæ præter recensitas essent admittendæ ad ean-
 dem incertitudinem & infinitatem veniretur. Hæc expresse
 reperitur in allegat. *N. 115. c. 3. (v.) ut nulli liceat* cui Jctus, me-
 mor sui officii quod sc. sit legum interpres non vero legislator,
 acquiescere debet, præcipue cum ubi dantur plures causæ ea
 suas quoque habeant & ordinarias pœnas, quibus cum Imp.
 contentus esse potuit & Jctus non potest contra mentem Imp.
 plures ejus delicti pœnas excogitare confer præter veteres
 Jctos ex modernis *Math. Steph. ad alleg. N. n. 20. Pevetz. ad Tit.*
C. d. lib. præterit. n. 19. Zesf. ad Tit. ff. d. lib. & Postb. n. 13. Deni-
 que quod vix aliqua causa dari possit exheredatione digna, quæ
 non ad harum unam possit referri, ut ait *Præceptor meus Magn.*
Dn. Brunn. ad Auth. non licet C. d. lib. præter. & exhered.

3.

Si autem ruptis naturæ repagulis non dubitaret gnatus
 personam patris contra *l. 9. ff. d. obseq. parent. & patr. præst.*
 nefando ausu violare, severiori etiam animadversione dignum
 hoc æstimarunt Legislatores: Veteres quidem viri prudentissi-
 mi

ani & rerum naturæ peritissimi tale scelus velut incredibile &
 ultra audaciam positum maluerunt præterire quam vindicare,
 ne non tam prohibere viderentur quam ostendere, posse fieri
 ut pulchre ait *Tullius in Orat. pro Rosc. Amerin.* Sed cum sequen-
 tis avi tragica exempla proci dolor! contrarium testarentur,
 coacti sunt Legislatores & huic enormissimo crimini medicam
 adhibere manum, eoq; severius in tales nefarios statuere, ut
 sc. quos naturæ honestas in officio retinere non posset pœnæ
 magnitudo à malefaciendò submoveret. Igitur vel vitæ pa-
 rentum insidiatur, venenum propinando, violentas manus infe-
 rendo vel alio nefando modo lædendo, & tunc quando dete-
 standà ista proæresis tristem suum effectum sortitâ est horribi-
 lissima culci pœna à Pompejo præstituta in *l. 9. ff. ad L. Pompej.
 d. parricid.* à Constant. Imp. in *l. unic. C. d. his qui parent. vel lib.
 occider.* in usum revocata, & postea Imp. Justin. in *S. 6. Inst. d.
 publ. jud.* probata, afficitur, ut sc. tale portentum omni elemen-
 torum usu vivus carere incipiat, & ei cœlum superstiti, terrâ
 mortuo auferatur ut ait *Imperator in d. l. unic. C. d. S. 6. Inst.* nec
 tantum eventus sed etiam conatus regulariter alias impunitus
 ad qualitatem *l. i. in fin.* qualificatus punitur *d. l. i. ff. Gl. un. C. d.
 e. ibi: enifus fuerit, Perez. d. e. C. n. 4.* quod tamen in emptio-
 ne & præparatione veneni speciale videtur *Magn. Du. Brun.
 ad d. l. unic. C. Et utius eligendam pœnam extraordinariam sua-
 det in Repet. Wesenb. ad L. Pompej. d. Parricid. quest. 7.* An
 autem hæc acerbissima culci pœna hodie adhuc in usu sit! Doctores
 non conveniunt. *Perez. in Comment. C. ad Tit. d. his qui pa-
 rent. vel liber. occider. n. 3.* negativam tuetur, & alias submersionis
 in partes dissectionis, vivi defossionis & c. pœnas ex *Julio Claro S.
 parricidium n. 5.* substituit, quod etiam ex addita metus despera-
 tionis ratione, facit *Coll. Argent. ad d. e. S. 4.* & aliam ex *Const.
 Car. V. artic. 131. & 137.* ut sc. parricidæ ignitis forcipibus lace-
 ratæ rota contundantur aut in profluentem projecti, suffocentur,
 aut trahæ injecti ad locum supplicii rapiantur: quæ quidem
 mitigatio quamvis humanior videatur ex *dicitis tn. artic.
 non probatur cum d. art. 131.* agit de speciali casu quando ma-
 ter infantem suum occidit, & *art. 137.* de pœna latronum sicario-
 rum

rum assassinorum qui nullam facti excusationem allegare possunt. Proinde in hac questione hæsto maxime cum *Imp. Carol. V. in alleg. art. 137. in fin.* nullam parentum mentionem fecit, quod dubio procul fecisset, si pristinam pœnam sublatam veluisset. Quando autem filius patrem quidem non interfecit, sed tantum impias manus vel verbera istulit, pro modo delicti arbitrarie punitur *l. 1. pr. ff. d. obseq. parent. & patr. prestandis. l. 3. 4. C. d. patr. potest.* plerumq; carcere, relegatione, vel si verbera fuerint atrocissima, manus illius, quâ percussio facta est; amputatione puniuntur *Wesemb. ad L. Pomp. d. Parricid. n. 12. in fin. Coll. Arg. ad d. 1. §. 5. membr. 5.* Quod si verò parentes contra amore naturalem deliquerint in filios, eos exponendo, vel aliud quid admittendo, quam ob rem Filii à potestate patria liberantur, tunc ita liberati, nec ob ingratitudinem in potestatem iterum revocantur. *Magn. Dn. Brun, ad d. 1. fin.*

4.

Non hac molli pœna contentus fuit *Imp. Justin.* sed insuper nefandum talem patrem, qui in corpus liberorum suorum peccat, severiori infamiae, deportationis, & in metallum damnationis pœna coërcet *l. 1. l. 4. §. 2. ff. d. his qui notantur infam. l. 12. C. d. Episc. aud. l. 6. 7. C. d. spectaculis* imo omnia novissima supplicia sustinere debet, ut ait *Imp. in N. 14. §. 1.* quæ qualia sint exponit *Magn. Dn. Brun. ad d. 1 12. C. & in Reper. Coll. Wesemb. ad Tir. ff. ad l. Jul. d. adult. quest. 16. conf. Matth. Stepb. ad Conf. Cr. Car. V. art. 122.* Insuper etiam si domum ad id sciens sceleratus talis pater præberet non tantum decem libris auri plectitur, sed etiam de habitatione sua periclitatur, *N. 14. §. 1.* vel pro delicti qualitate in loco ignominioso, veluti columna publicatiqnis sistitur, relegatur, virgis cæditur, vel denique aures ipsi præciduntur *Conf. Crim. art. 123. vid. Coll. Argent. ad tit. ff. ad l. Jul. d. adult. §. 20.* si autem inhumanius in proprium sanguinem quid committeret venenum sc. propinando, vitæ insidias struendo, & quæ sunt similis furfuris tacenda potius quam recensenda crimina, quin pater jam ea qua filius in simili parricidii pœna adficiendus sit omni dubio caret. *Conf. §. 3. b. cap. Coll. Argent. ad Tit. ad L. Pompej. d. parricid. §. 2.*

5. Fra-

Fratri quamvis (ut in præcedentibus dictum) à fratre nihil debeat, si tamen turpis persona fuerit instituta & unam ex recensitis in §. 3. c. 3. causis commiserit à debita sua hac ratione, portione repelli potest. Indignum quidem est inhonestum aliquem Germano in successione potiorum esse debere, sed profecto indignius ne quid durius dicam si frater fata fratris properare vel substantiæ suæ iacturam inferre non dubitavit proinde quarta sua (quam & hodie ut in aliis auctam dicimus generalitas t. in N. 18. c. 1. in fin. perſuadet conf. Cujac. ad d. N. 18. Pac. Anal. Cod. ad Tit. d. inoff. test. n. 11. Zaf. ad d. r. ff. n. 84. Magn. Brun. ad Auth. Novissima C. d. inoff. test.) jure merito talem fratris nomine ne quidem dignum privarunt. Nec in eo tantum acquirere jura ut fratri solatii loco pro tanta ingratitude se vindicanti hoc iudulgerent, sed & si pessimum suum propositum ad deplorandum eventum perduxerit severiori animadversione tantumque facinus parricidii nomine dignum judicantur l. r. ff. ad L. Pompej. d. parric. an autem asperrimæ culci pænæ subiciatur? dubitari posset, præmissis ex vulgari lectione §. 6. Inst. d. publ. jud. ibi affinitatis, pro quo tamen recentiores ex fonte l. unic. C. d. his qui parent. vel lib. occid. substituere vocem affectionis ut ita hodie planum sit horribilem istam culci pœnam ultra ascendentes & descendentes non extendi, quocum etiam conspirat disertis verbis l. pen. §. 1. ff. ad l. Pomp. d. parricid. capitis pœnam ipsis fratricidis dictitans. Zaf. ad ff. d. t. n. 5. in fin. Pac. in Anal. C. d. r. in fin. Et hoc est quod Wesenb. in Continuatione Comment. Sneyd. ad Inst. d. §. n. 3. ex jur. Saxon. p. 4. Const. 3. in fin. ait. Nec memini, inquit, horum (fratrum sc.) in reſectores durius quam gladio puniri, addito tamen aliquo quo significetur eos plus aliis homicidis deliquisse. nam aut prostrati trahuntur ad locum supplicii: werden geschleiffet zur Peinstadt / vid. Carpz. in jur. pr. Forens. part. 4. Const. 3. definit. 8. & in Pract. Crim. part. 1. quasi. 13. n. 8.

6.
Quamvis ob illud inestimabile donum quod patronus in libertum contulit, satis dignæ à liberto gratiæ rependi non

non possint, in id tamen incumbat ut ne in minimo lædat re-
verentiam patroni, si enim patronum & qui ejus nomine ve-
niunt de quibus actum c. 2. §. 4. in jus vocat sine venia pœna
50. arcorum vel si inops castigatione punitur l. pen. §. ult. ff. d.
in jus voc. si autem eo procederet ut ipsi obsequiū & operas dene-
gare auderet, hunc tanquam libertate indignum, actione ingra-
ti, vel rei vindicatione; vel actione extraordinaria Schneid. ad tit.
Inst. d. Capit. deminut. n. 6. lit. a. in servitutum retrahi posse,
jura permiserunt, in tantum ut tali ingrato cuculo nulla recu-
perandæ impofterum libertatis spes residua sit. l. 2. C. d. libert. &
eorum liber. & hoc ad liberos militantes, libertorumque liberos
extendit Magn. Dn. Brun. ad l. 3. §. ult. C. d. t. aliquando tamen
etiam mitius punitur pro modo injuriæ ut parte aliqua bono-
rum, vel furtium castigatione. l. 7. in fin. ff. d. jur. patron. in me-
tallum damnatione, temporalis exilii missione l. 1. ff. d. t. Coll.
Argent. ad Tit. ff. d. jur. patr. §. 6. Zesf. ad d. t. ff. n. 3. Pac. Anal.
C. ad Tit. d. libert. & eorum lib. conf. Tirag. ad l. si unquam C. d.
revocand. donat.

7.

Vasallus ex dictis in Thes. §. cap. 3. causis in reverentiam do-
mini injurius existens, vel etiam culpam, communiter (quamvis
barbare) feloniam (de cujus vocab. origine vid. Rosentb. d. Feud.
c. 10. conclus. 1. & Strup. Exc. Feud. c. 15. aph. 8.) committens vel
etiam (quod pessimum) ipsius domini personæ non parcens va-
riis pœnis reus est modo enim pecunia multatur, ut in casu ubi
dominium sine venia in jus vocat, modo in totum ex recensitis in
d. Thes. §. causis, feudo privatur, quibus autem eausis an similes
vel majores adnumerandæ? inter DD. non convenit, & esset et-
iam ut negativa arrideret secundum ea quæ de causis exhereda-
tionum c. 4. §. 2. dixi, nisi certo & expresso textu contrariam sc.
2. Feud. 24. vers. pradiitio modis, ibi: si qua fuerit antiquioribus
causis similis seu major: Rosent. de Feud. d. c. 10. Conclus. 14.
n. 3. & seqq. reperirem decisam. Non tamen protinus Domi-
no adserenti Vasallum erga se ingratum existisse creditur, ma-
xime cum præsumptio gratitudinis & exhibitæ reverentiæ pro
Vasallo militet ideoq; illam §. testibus summæ atq; integræ o-
pinio-

pinionis eorū paribus curiæ l. F. 21. probare debet l. F. 47. 10.
fin. qua probata nisi Vasallus se purgare & culpa vel dolo se ca-
rere docere velit, quod ut juri naturæ conveniens urique potest,
in tantum ut etiam præsumptiva & non concludens probatio
sufficiat. test. Rosenb. d. c. 10. conclus. 10. n. 3. causaq; ita cognita
privatoria sententia feudo cadit. Rosenb. d. c. 10. conclus. 41. n. 1.
Struv. Ex Feud. c. 15. Apb. 11. Minimè autem sibi persuadeat à po-
nā aliis debitis præsertim communibus præstituta præter amis-
sionem Feudi immunitatem.

9.

Donatarius postquam unam ex recensitis in §. fin. c. preced.
causam commisit deq; ea certis argumentis in judicio cognitio-
naliter, i. e. partibus præsentibus & auditis, convictus fuerit, l. fin.
(v.) ex his ibi. dilucidū argumentis C. d. rev. don. actione ingrati
ea quæ tempore motæ controversiæ ex donatis donatarius adhuc
possidet, (salvis his quæ ante motam hanc controversiam bona fi-
de & justo titulo alienavit l. 7. C. d. rev. donat. Pac. ad d. r. C. n. 5.)
in totum à donatore revocantur, non vero ab ejus herede l. i. ibi:
stabit inter ipsos tantum & c. & l. ult. ibi hoc tamen usque ad
primas tantummodo personas C. d. r. ubi particulæ exclusivæ re-
liquas personas expresse excludunt; tum etiam ex natura actio-
nis injuriarum quæ quoniam tendit ad vindictam, heredibus non
datur §. 1. Inst. d. perpet. & temporal. act. cui & hæc similis, arg.
d. §. 1. ibi & si qua alia similis Sneyd. ad d. §. 1. n. 1. Struv. in Tract.
d. act. qua & quomodo heredibus dantur §. 13. Peretz. ad d. r. C.
n. 5. quæ quidem hætenus dubio carent quatenus re integra do-
nator fato functus, si autem illatam sibi injuriam ad animum re-
vocaverit, eamq; in judicium deduxerit, vel tantum querimo-
niam instituendo, vel testato donationem revocando præpara-
verit quin jam ex persona defuncti heres eam persequi possit ex-
illis quæ à Sneyd. d. loc. adducuntur, extra omnem dubitationis
aleam est Magn. Du. Bræn. ad d. l. fin. C. d. revoc. donat. Struv. Ex.
40. ff. thes. 15. Non autem extra recensitas ex d. l. fin. C. d. revoc.
donat. in §. fin. cap. precedens. causas alia sive major sive similis
ad revocationem proficit, ob expressam hac in re Imp. volunta-
tem in d. l. fin. ibi ex his tantummodo causis & in §. 2. Inst. d. don.
ibi:

D

ibi; certis ex causis tum etiam cum poena sine lege non inferenda, quare hac in re bene concludunt *Juri Argentoratenses in Coll. Argent. d. donat. §. 21.* his verbis, & causis modo enumeratis alias addere est aperto juri contradicere, unde si graviter unquam ab Interpretibus peccatum fuit id vel maxime in hac extendendarum LL. sive licentia sive petulantia fieri videtur. *Perez. ad d. e. C. n. 7. Zes. ad tit. ff. d. donat. n. 90. Carpz. part. 2. Consf. 12. defin. 31. per totum & noviss. Magn. Dn. Brun. de loc.*

10.

Competit actio ingrati, cui ingratitude facta est. Utpote patri, item Patrono, ejusque hæredibus *l. liberti 3. C. de Libertis & eor. liberis.* Donatori *l. 1. vers. si ingratus sit, omnis donatio, mutata Patronorum voluntate revocanda est: C. de revocand. don.* Manumittenti, non ex necessitate, sed ex liberrima voluntate *l. 1. ibi: qui voluntate servo libertatem gratuitam prestat, non qui debitam restituit. C. de Libertis & eor. lib.* Matri ad secunda vota transeunti ex tribus causis. Nimirum, 1. si filius vitæ ejus fuerit insidiatus, 2. si ipsi impias intulerit manus. 3. Si omnia Matris bona intervertere molitus fuerit. *Authent. quod Mater. C. de revoc. donat. Adversus Filium ingratum.* Item adversus libertum, ejusque filios ingratos & immemores acceptæ libertatis, *l. pen. & ult. C. de libert. eorumq; liber. Donatarium.* De quibus v. causis parentes possunt liberos suos habere pro ingratis, iisque per exheredationem eripere legitimam, & ab omni successione excludere: ex iisdem ferè donator, paucis exceptis, agere potest actione ingrati adversus donatarium. Nam pleræque ex iis sufficiunt ad revocandam donationem, in quemlibet collatam. *Oldendorp. Clasf. Act. actione 20. sub pract. num. 4.* Quæ in specie exprimuntur, & numerantur quoque in *l. ult. C. de revoc. donat.* Ad hoc, ut vel beneficium tollatur & revocetur res quæ se indignum reddidit accipiens. Et tum censetur in rem actio. Vel ut ingratus ex delicto teneatur ad poenam. Et tunc actio personam ingrati afficit, fluitque ex violata obligatione ad antidora.

ii. Con-

Contraria huic actioni est dissimulatio & silentium ejus, cui ingratitude facta est. per l. generaliter. 10. in fin. his verbis: etenim si is qui hoc passus est. tacuerit silentium ejus maneat semper, & non à posteritate ejus suscitari concedatur, vel adversus ejus successores. C. de revocand. donat. Haud secus ac injuriarum actio tollitur dissimulatio, vel tacitâ remissione, Quæ ex certis signis vel argumentis apparet, vel expressâ, ut pacto, transactione, quia actio ingrati & actio injuriarum sibi sunt affines. Quandoq; etiam actio ingrati tollitur pœnitentiâ, ut in l. si manumissus. 2. vers. sanè si is, in fin. C. de libertis et eorum liberis.

Hæc sunt quæ pro ingenii & facultatum modulo de pessima hac ingratitude proponere volui, rerum omnium Moderatorem supplex venerans ne mentem & animum ita regere & dirigere dedignare velit ut illis quibus gratitudinem debeo, de ea abunde satis constare possit.

F I N I S.

Ad pereximium Dominum Respondentem.

Ingrati vitium nulli, Doctissime, gratum.
 Dum taxas, te deinceps gratia grata manet.
 Cum siquidem ingratis varias Themis aurea pœnas
 Dicitur, en, quæ non præmia grata feret?
 Gratus honos, gratumq; decus te rite sequetur.
 Ingratum pudeat, qui videt ista; citò.

P R Æ S E S.

Was

Was durch den Fleiß geschieht / was Jugend uns kan geben /
Das muß ich jetzt an dir / mein Heilswing / auch erleben /
Wollan / ich wünsche Glück zu dieser deiner That /
Dein Ruhm der sey so lang der Himmel Sternen hat.

Aus schuldigster Pflicht setze dieses dem Herrn
Respondenten zu Ehren

Friedrich Georg Mellinger.

Nil gratis facis; Ingratos dum stringis, Amice;
Gratatur studiis grata Camoena Tuis.

Hilfte Nob. Dno. Contubernali amico suo suavissimo gra-
tulabundus sum animo contestari debuit

Justus Abecken, Osuabrug.

Nichts hilfte einem Diamant
Gleich den hellen Sternen fundeln /
Wenn er lieget in dem dunkeln /
Und der Welt nicht ist bekand;
Nichts ist ein verborgnes wissen /
Obs für Götlich schon zu küssen /
Und dem Himmel anverwand.

Liebster / Er ist recht bedacht /
Seinen Wit tht auszubreiten /
Den Jhm seiner Jugend Zeiten /
Und viel Arbeit hat gebracht;
Glücklich reissen seine Sinnen /
Sich also durch das Beginnen
Aus der schwarzen Nächte Nacht.

Soll der klugen Jugend Pracht
Ehr und Ruhm der Weißheit haben /
Müssen ihrer hohheit Gaben
Werden offenbar gemacht;
Wer die Wissenschaft verschwiegen
In Jhm läßt vergraben liegen /
Der wird selten hochgeacht.

Fahrt nur fort so Euer Lohn
Hebet prächtig an zugrünen /
Die Aesträen trenlich dienen /
Die nimmt Sie auff ihrem Thron;
Schaut wie Sie Euch winckt zubinden /
So Ihr werdet überwinden;
Eilet eilt doch nach der Cron!

Christian Müller.

Hoc genii factu poterit quid gratius esse,
Gratis? Te Charitum grata brabea manent!

Festinate calamo
Nobili Dno, AUTHORI gratulab. app.

Georg Conrad Schwivick.



01 A 6531


ULB Halle
002 937 506

3




11
1017





REP
am r
tò, cui
multum
benea
O Sa
orem E
Johan
m intm
reer
noch
si sci
al an
nfor
gefit
ne Sch
pp
obillif
mide
micu
reput
um di
Viri
ru te
is, qu
atria



I. N. D. N. J. C. 25
EXERCITIUM JURIDICUM
DE

INGRATITUDINE ET ACTIONE INGRATI,

Quod
Annunte SS. Trinitate,
Consensu MAGNIFICÆ ac NOBILISSIMÆ FACULTA-
TIS JURIDICÆ in hac alma ELECTORALI ad Viadrum
Academia sub
PRÆSIDIO
VIRI SPECTABILIS, NOBILISSIMI, AMPLISSIMI,
CONSULTISSIMI atq; EXCELLENTISSIMI,

DN. JOACHIMI DECHERI
JCTI: COD. JUSTIN. & PLACIT. FEUD, P. P. OR-
DINAR. p. r. MAGNIF. FAC. JURID. DECANI, &
CIVITATIS CONSULIS
PRIMARI,

*Patroni atq; Promotoris sui omni observantia cultu profe-
quendi Publico Eruditorum disquisitioni*

exponit
DAVID Hellschwing!
Sed. Pom. Auth. & Resp.
Die 12. Jan.

Francofurti ad Viadrum
Typis JOHANNIS ERNESTI, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. LXV.

